& secundum fructum adinuentionum suarum; hoc indicat
quod interdum pronimia sapientia iudicia eius uideantur in
iusta. Quem locum apostolus plenius explicat adromanos; Ig
norans quoniam benignitas dei adpaenitentiam te hortatur. Secundum
autem duritiam tuam & inpaenitens cor. thesaurizas tibi iram indie
irae. & reuelationis iusti iudicii dei; Quanto igitur serior uindic
ta peccantium est. tanto iustior. in similitudinem pharao. Qui decim
plagis ammonitus non punitur. & in duritia perseuerans. ad extre
mum rubri maris fluctibus obrutus est; qui posuisti signa & por
tenta interra egypti usque ad diem hanc & in israhel & hominibus siue
terrigenis. & fecisti tibi nomen sicut est dies haec. & eduxisti populum tuum
israhel deterra aegypti in signis & in portentis & in manu robusta.
& in brachio extento & in terrore magno. & dedisti eis terram hanc quam
iurasti patribus eorum ut dares eis terram fluentem lacte & melle.
& ingressi sunt & possederunt eam. & non oboedierunt uoci tuae.
& in lege tua non ambulauerunt. omnia quae mandasti eis ut facerent
non fecerunt. & euenerunt eis uniuersa mala haec; De generaliter
transit ad speciale & quid proprie praestiterit israhel. breui sermone
percurrit. qui posuisti ait signa & portenta interra egypti quibus
afflicta est aegyptus usque ad diem hanc & in israhel & in hominibus siue
terrigenis. hoc quod dicitur usque ad diem hanc posterioribus copu
landum est. ut legamus & in israhel & in cunctis mortalibus cotidiae.
cotidiae tua signa conplentur. siue aliter. signa atque portenta
non solum in egypto perpetrasti sed usque hodie eadem tuae misericordiae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0333